



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Augustini Barbosae ... Collectanea doctorum tam
veterum, quam recentiorum, in ius pontificium universum**

In Qvo Qvintvs Decretalivm Libri continetvr

Barbosa, Agostinho

Lugduni, 1669

De Raptoribus, & Incendiariis, & violatoribus Ecclesiarum. Tit. XVII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95280](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95280)

De Raptorib. & incendiariis, &c. Tit. XVII 123

De Raptoribus, & Incendiariis, & violatoribus Ecclesiarum.

TIT. XVII.

SUPER hanc rub. scripserunt Zabarell. Anch. Butr. Ioan. Andr. Mar. Soc. Panor. Durand. in *Brenario aureo iuris Canon.* Petr. de Rauenna in *compendio iuris Canon.* Martin. Mesnart. in *epitome Decretal.* fol. 185. Dan. Venat. in *analyti methodica iuris Pontificij* pag. 659. Goffred. & Hostiens. in *summ. huius tit.* Alexand. Cassan. & Anast. Germ. in *paratilis ad quinque lib. Decretal.* Barthol. Carthagen. in *exposit. iuris Canonici* Ioan. Honor. lib. 5. *sum. in Decret.* omnes sub hoc tit.

De raptu foeminarum, quid de raptoribus, & ubi iudicandum, vide Concil. Trident. sess. 24. de reformat. matrimon. cap. 6. Prax. Episcop. part. 1. verbo raptus Nauar. conf. 32. de sponsalib. Perez l. 2. verbo fuere desponsanda tit. 15. lib. 8. Ordin. Fr. Emman. in *summ. tom. 1. cap. 232.* Menoch. de *presumpt. lib. 3. presumpt. 1. n. 101.* Cancer. *vari. lib. 1. cap. 11. num. 12. cum segg.* Henric. in *sum. lib. 12. cap. 14. num. 4. & 5.* Petr. de Ledesma in *sum. p. 1. de matrimon. cap. 26. plures per Sanch. eod. tract. lib. 7. disp. 13. quibus adde Aloyf. Riccium in collect. de-
cis. part. 4. collect. 911. Armendar. in addit. ad recopil. legum Nauarre pag. 194. cum segg. Rebell. de obligat. iustitie part. 2. lib. 3. quest. 11. Valer. Reginald. in *praxi fori penitent. lib. 22. num. 28. cum segg.* & lib. 31. a num. 164. Aegid. de Coninck de Sacrament. & censuris tom. 2. disp. 31. a num. 46. Francisc. Molin. de *ritu nupt. lib. 1. comp. 10. num. 31. cum segg.* Basil. Ponc. de *impedimentis matrimon. cap. 19.* Cardin. Tusc. tom. 6. verbo raptor, Farin. in *praxi crimin. p. 5. quest. 145.* Molin. de *iustis. tom. 4. disp. 1. §. 1. ff. eod. tract. lib. 4. cap. 3. dub. 9. num. 68. cum segg.* Guiter. de *matrimon. cap. 86.* Bonacin. eod. tract. quest. 4. puncto 18. Galganc. de *iure publico lib. 1. tit. 31.**

De Incendiariis, eorumque poenis, vide apud Lusitanos Ordin. Regiam lib. 5. tit. 86. ubi notat parens meus, & apud Castellanos l. 9. tit. 10. part. 7. ubi Gregor. Perez. l. 1. verbo *quem en las casas* tit. 18. lib. 8. Ordin. pag. 350. Lexi Zech de *casibus referu. casu. 16.* Felician. de *censur. tit. de excommuni. c. 14. verbo incendiarij.* Angel. de *malefic. in verbo incendiario.* Polyd Ripa de *noturno tempore cap. 7.* Decian. tract. *crimin. lib. 8. cap. 5.* Boff. in *pract. tit. de incend.* Menoch. de *arbitr. casu 390.* Ioseph. Sella. *Aragonia decif. 211.* Bernardin. Muscatel. de *cognit. delict. sub tit. de incendio.* Bernard. & Salzed. in *pract. c. 105. alias 108. in nouiss. edit. Farin. in praxi crimin. p. 3. q. 110.* Petr. Greg. *synagm. iuris lib. 3. cap. 19.* Vincent. Caror. de *locato tit. de incendio.* Aloyf. Ricc. in *collect. decif. part. 4. collect. 797.*

SUMMARY.

1. Forum quis sortitur ratione rapina.
2. Diocesis tota dicitur parochia Episcopi.
3. Delinquens remittendus est ad locum delicti, ut ibi puniatur ad aliorum exemplum, quamuis sit vagabundus.

CAP. De illis I. Ex Conc. Meld.

1. Depredantes, vel rapientes in aliena diocesi sunt excommunicandi à Prelatis illius loci, nec exire Barbof. Collect. Tom. 111.

possunt à parochia, donec plenè satisfaciant, & excommunicatio est significanda proprio Episcopo, ne eos recipiat, donec restituant in loco furti. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarell. Ioan. Andr. Anania, Hostiens. Butr. Anchar. Panorm. Mar. Socin. Viuian. in *rationali lib. 5. iuris Pontificij pag. 137.* Alagona in *compend. iuris Canon. pag. 680.* remissuè Ximen. in *concord. part. 1. & 2. defumitur ex Concil. Melden. cap. 2. vt refert Barcard. lib. 11. Decretal. cap. 45. & Iuo. p. 14. c. 109. habetur apud Ant. August. collect. 1. Decret. lib. 5. tit. 14. cap. 1.*

Ut ab illius loci Prelato.] Ergo tota diocesis dicitur parochia Episcopi, vt per Marc. Anton. Genuenf. in *praxi Curie Archiepiscop. Neapolit. cap. 57. num. 7. & alios quos retuli de officio, & potestate Episcopi part. 3. alleg. 80. num. 12.*

Antequam illuc redeant, ubi rapinam fecerunt.] Ergo delinquens remittendus est ad locum delicti, vt ibi puniatur ad aliorum exemplum, & Reip. læsionem compenlandam, vt per Couar. *pract. cap. 11. num. 4. vers. secundo,* latè D. Barbof. in l. *hæres absens §. proinde ff. de indic. in art. de foro delicti,* quamuis sit vagabundus, ex Ducn. *reg. 378. limit. 4.* Couar. *d. c. 1. n. 7.* bene Salzed. ad Bernard. in *pract. c. 9. in addit. lit. D.* Perez l. 2. col. 2. tit. 17. lib. 8. Ordin. pag. 338. Azeued. l. 1. num. 62. cum segg. tit. 16. l. 8. noua recopil. D. Barbof. *d. art. de foro delicti n. 12.* ubi num. 13. resoluunt hanc opinionem procedere, si pars læsa petat remissionem ad locum delicti, aliàs si accusator velit prosequi causam in loco in quo reperitur vagabundus, admittenda est illius accusatio, nec est locus remissioni ad locum delicti. Cætera ad hanc materiam pertinentia inuenies in cap. postlasti 14. sup. de foro comp.

In glof. Excommunicentur, fin. Notatur ad hoc, quodd si delinquens pro delicto alibi commissio detentus & captus sit per iudicem sui domicilij, vel originis procedentis ex officio, non vero ad partis petitionem, tunc remitti debet iudici loci delicti perenti sibi remitti, vt ibidem contra eum procedatur, & puniatur, vt per Clar. in §. *fin. q. 38. n. 19. in princip.* Azeued. l. 1. m. 24. tit. 16. lib. 8. noua recopil.

SUMMARY.

1. Raptor manifestus, vel Ecclesia violator, si restituit, vel de restituendo cauet in vita & in morte, ad poenitentiam, & ad sepulturam admittitur, alias secus.
2. Poenitentia beneficium denegandum est manifestis raptoribus, & Ecclesia violatoribus, nisi prius oblata restituant si potest, vel emendandi firmam, & plenam securitatem fecerint.
3. Eleemosyna receptio à raptoribus, seu violatoribus, dum non restitunt, prohibetur.
4. Poenitentia solemnis & publica qua sit, & de illius ritibus, & solemnitatibus, remissuè.
5. Episcopus proprius non potest clericum propter rapinam depositum restituere absque Papa dispensatione.
6. Ecclesia non recipit oblationes raptorum hominum.

CAP. Super eo. II. Eug. III.

Poenitentia non est danda his, qui violenter rapiunt, vel ei, qui deprehenditur manifestè violare Ecclesiam, nisi prius restituat, si potest, & si non potest, nisi det firmam, & plenam securitatem emendandi, tunc enim potest dari poenitentia, & si moriatur, sepultura, alias secus, quod si presbyteri, vel clerici tentauerint prædictis siue in vita siue in morte dare poenitentiam, vel interesse sepulture, vel acceptare,

L 2 eorum

eorum elemosynas, vel esse participes de rapinis, deponuntur ab Ordine, & beneficio, de peccato autem contrito non est denegandum viaticum. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabarell. Ioan. Andr. Anania, Host. Anchar. Butr. Panorm. Marian. Socin. Viuian. in *rationali lib. 5. in iuris Pontificij pag. 137. Alagona in compendio iuris Canon. pag. 680. remissive Ximen. in concord. part. 1. refertur ab Anton. Aug. collect. 1. Decret. lib. 5. tit. 1. cap. 5. & est post Concil. Lateran. sub Alex. III. part. 3. cap. 1.*

Disposuit hic text. penitentia beneficium penitus denegandum manifesto raptori, vel Ecclesiae violatori, nisi prius ablata restituat si potest, vel emendandi situm, & plenam securitatem fecerit & insuper solemnitate penitentiae parum ei prodesse, qui in sanitate obstinata mente non poenituerit, vel se emendauerit, & in morte securitatem praestare nequiverit, sed de peccato contrito corde poenitenti viaticum non denegandum, ita tamen quod nullus clericorum seculatur illius inter sit, nec eius elemosynam praesumat recipere, ita Bernard. in *pract. c. 109. secundum nouiss. impress. n. 1. & 2.*

Ideo in praesenti prohibetur receptio elemosynae a raptoribus, seu violatoribus dum non restituunt, non tantum in poenam & odium delicti, sed quia omnia illorum bona aliena sunt, & subiecta restitutioni, ideoque de illis tanquam de alienis absque iniustitia elemosyna recipi non poterat, vt interpretatur Soar. de *relig. tom. 1. tract. 2. lib. 1. c. 6. n. 6.*

[Solemnitas poenitentiae.] Non intelligitur de poenitentia solemnisi, de qua in *cap. in capite 50. diffin.* hac enim ob varios ritus, ceremonias, ac multa alia, quae continebat, desiderat longiorem vitam, quam vt raptori in articulo mortis constituto, de quo hic imponi possit. Quae autem sit poenitentia solemnisi, & in quibus differat a poenitentia publica, de qua in *cap. quatuor, in fi. de poenitent. & remiss. & de illius ritibus, & solemnitatibus vide Couar. lib. 2. vari. cap. 10. num. 3. Decian. tract. crimin. lib. 5. cap. 54. num. 37. Vivald. in candelabro aureo tit. de poenit. n. 10. cum segg. Cardin. Bellarm. in suis controuers. tom. 2. lib. 1. de poenit. cap. 21. & 22. Hentij. in summ. lib. 5. cap. 21. num. 7. qui triplicem poenitentiae speciem, solemnem scilicet, publicam, & priuatam, ac poenitentium quoque quinque gradus constituunt, & explicant.*

[Ordinis sui damnari irreuerabiliter, &c.] Abb. hic post Ioan. Andr. refertur denotare haec verba quod Episcopus proprius non possit clericum propter rapinam depositum restituere absque Papae dispensatione, quos citat, & sequitur Bernard. d. c. 109. num. 3. quae quidem depositionis poena non ipso iure incurritur, sed per iudicem est imponenda, vt ex Abb. hic obseruat Soar. de *cenfur. diffin. 42. sect. 5. num. 6. in fine.*

In glos. Denegatur. ibi, valebit ad mitius supplicium subeundum. Declarat cum Couar. in *cap. alma mater, part. 1. §. 4. num. 12. ad finem.* Soar. tom. 3. de poenit. diff. 37. sect. 2. n. 9.

In glos. Dare. ibi, oblationes talium non sunt accipiendae. Notatur ad hoc quod Ecclesia non recipit oblationes raptorum hominum, vt per Azor. in *instit. moral. part. 1. lib. 7. c. 3. §. 9. vlt.* Soar. de *relig. tom. 1. tract. 2. lib. 1. c. 6. num. 6.*

S Y M M A R I U M.

- 1 Excommunicari debent, qui capiunt, vel spoliant fideles ex iusta causa nauigantes, illi vero qui nau-

fragos spoliant bonis, nisi ablata restituant, sunt excommunicati.

- 2 Excommunicationi in hoc text. subdantur illi qui fideles ex iusta causa nauigantes capiunt, vel depradantur.
- 3 Bulla in Cena Domini excommunicatione tercia datatur.
- 4 Censuram Bullae in Cena Domini clausula 3. non incurrit maritimi latrones, qui nullam depradandi occasionem exercent, nec illi qui in solis fluminibus sine timore belli depradantur.
- 5 Infideles depradans non incurrit excommunicationem Bullae in Cena Domini clausula 3.
- 6 Absolutio excommunicationis, quam incurrit depradans, seu nauigantes fideles, an, & quando sit Episcopalis, ostenditur.
- 7 Naufragantium bona suscipiens, in quibus casibus censetur a censura Bullae in Cena Domini clausula 2. ostenditur.
- 8 Leges principum bona naufragantium eorum fideles perire declarantes sunt iniuriae, ac regulae fidei aduersari dicuntur.

C A P. Excommunicationi. III.

Ex Conc. Lateran.

PRaesumentes capere, vel spoliare rebus Christianos nauigantes excommunicari debent, illi autem qui naufragos spoliant bonis, nisi ablata restituant, sunt excommunicari. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarell. Ioan. Andr. Anania, Host. Butr. Anchar. Panorm. Maran. Socin. Viuian. in *rationali lib. 5. in iuris Pontificij pag. 138. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 681. remissive Ximen. in concord. p. 1. & 2. desumitur ex Concil. Lateranen. sub Alexand. III. cap. 24. §. excommunicamus quoque, & refertur ab Ant. August. collect. 1. Decretal. lib. 5. tit. 14. cap. 2.*

Probat hic text. in prima eius parte, excommunicationi subdit illos, qui fideles ex iusta causa nauigantes capiunt, vel depradantur, vt per Clar. in *fin. q. 77. n. 4. Toler. in instructio Sacerd. lib. 1. cap. 20. num. 7. Molera de iustit. tract. 3. diff. 69. n. 3. Aloyf. Ricc. in collect. diff. part. 4. collect. 962.*

Hodie in Bulla Cena Domini excommunicantur, & anathematizantur omnes piratae, curiares, ac latroculi maritimi discurrentes mare Ecclesiae, praecipue a monte Argentario, vsque ad Terracinam; ac omnes eorum fautores, receptatores, & defensores, vt habetur in 3. excommunicatione eiusdem Bullae in Cena Domini, pro cuius intellectu, vide illi Toler. Vgolin. Jacob. de Graffis Viuald. Sayr. Horat. Gambartia. Fr. Anton. de Souza, Francisc. Coriolan. & nouissim. Bonacina. ac ceteros scribentes. Illud tamen non est ignorandum quod licet aliqui teneant praedicta Bulla censuram non solum excommunicari discurrentes mare Ecclesiae, sed omnes piratas depradantes in mari Christianorum, ex quorum numero sunt Jacob de Graffis in *re. decis. p. 1. lib. 4. c. 17. n. 67. exponens Bullam Sixti V. & Soar. de cenfur. tom. 5. diff. 21. sect. 2. n. 18. exponens Bullam Clementis VIII. & Francisc. Coriolan. in *explicat. Bullae in Cena Domini excomm. 3. in princip. exponens Bullam Greg. XV. probabilius tamen est solos latrones maritimos, qui discurrent mare Ecclesiae, praefertim a monte Argentario, vsque ad Terracinam illos loco excommunicari, vt tenent Toler. d. cap. 20. vlt. aduertendum autem est. Vgolin. de cenfur. Papae refertur super illa verba Bullae, Rem excommunicamus, §. 2. vlt. in fin. Fr. Anton. de Souza in *releat. Bullae Cena Domini cap. 4. diff. 25.***

Hic

Hinc etiam non abs re advertendum duxi censuram prædictæ Bullæ non incurrere maritimos latrones, qui nullam deprædandi actionem exercent, ut tenent Vinald. in candelabro aureo in explicat. Bullæ Cæna n. 20. Sayr. de censuris lib. 3. cap. 7. num. 7. Fr. Anton. de Soufa d. cap. 4. disp. 26. Franc. Coriolan. loco proxime citato: quoniam illos esse vere excommunicatos, licet nihil deprædantur, existiment Tolet. Vgolin. & Soar. dictis locis. Nec etiam qui in solis fluminibus deprædantur, ex Nauarr. in man. cap. 27. num. 59. Graffius d. c. 18. num. 66. Vgolin. ad illa verba, item excommunicamus §. 3. vers. quarto, Sayr. d. cap. 7. num. 6. Soar. d. disp. 21. sect. 2. num. 25. Molin. d. disp. 694. num. 3. Fr. Anton. de Soufa d. cap. 4. disp. 27. vbi num. 9. asserit quod censura huius text. quod locum extenditur ad plura, quam censura prædictæ Bullæ, quoad aliud verò restringitur cum de nauigio veltis loquatur. Item & eodem modo sub censura prædictæ Bullæ non comprehenduntur deprædantes titulo belli siue iusti, siue iniusti, ut per Nau. num. 9. Vinald. 23. Iacob. de Graffius 65. Vgolin. §. 3. vers. secundo, Soar. num. 24. Sayr. num. 4. Fr. Anton. de Soufa d. cap. 4. disp. 29. Franc. Coriol. vers. Cardinalis, dictis locis.

Aut alios Christianos.] Ergo deprædantes infideles sub excommunicatione huius text. non comprehenduntur, propterea etiam in terminis censuræ 3. Bullæ in Cæna Domini resoluunt ibi Vinald. num. 30. Tolet. d. cap. 20. Vgolin. d. §. 3. vers. secundo, Soar. d. sect. 2. n. 21. Sayr. d. cap. 7. numero 9. Fr. Anton. de Soufa d. cap. 4. disp. 30.

Excommunicationi subdantur.] Cum Concil. Lateranen. de quo in hoc text. nemini referuauerit absolutionem huius excommunicationis, hodie etiam videtur Episcopalis, nisi quoad eos, qui rapuerint, aut scienter naufragorum bona, de quibus in 2. parte textus, sibi acceperint, aut ab aliis rapta, aut accepta scienter acceperint, horum enim solam excommunicationem referuat Bulla in Cæna Domini, ita Nau. conf. 1. sub hoc tit. de pœnitent. & remiss. in antiquis conf. 39. sub tit. de sentent. excomm. in nouis, Sayr. in floribus decis. sub tit. de pœnit. decis. 1.

Illi etiam qui Christianos naufragum, &c.] Hodie etiam per Bullam in Cæna Domini excomm. 4. excommunicantur, & anathematizantur omnes & singuli, qui Christianorum quorumcumque nauibus tempestate seu in transuersum (ut dici solet) iactis, vel quomodocumque naufragium passis, siue in ipsis nauibus, siue ex eisdem iacta in mari, vel in littore inuenta, cuiuscunque generis bona tam in Tyrreni, & Adriatici, quam in cæteris cuiuscunque maris regionibus, & littoribus surripuerint, itavt nec ob quodcumque priuilegium, consuetudinem, aut longissimi etiam immemorabilis temporis possessionem, seu alium quemcumque prætextum excusari possint. In multis limitatur hæc assertio. Primò quando susceperint ea bono animo, ut restituant suo domino, nisi fuerint in mora, quia tunc ratione illius moræ sunt excommunicati per Concil. Lateranen. de quo in hoc text. Secundò quando ignorarent ea esse talia, id est, bona naufragantium, quia putabant esse aliorum. Tertiò quando dominus ea eiecisset animo non recuperandi, vel si habuerit illa pro derelictis, quia tunc fierent occupantis, vide Zetol. in prax. Episcop. part. 2. verbo naufragium, Tolet. Vgolin. Iacob. de Graffius, Horat. Gambar. Divald. Fr. Anton. de Soufa, Francisc. Coriolan. Bonac. & cæteros scribentes super 4. excommuni. Bullæ in Cæna Domini, Aloyf. Riccius in praxi aurea resol. 191.

Secundum regulam fidei.] Hinc colligunt Doctores iniquas esse Principum leges, quibus statuitur, ut bona

eorum, qui naufragium patiuntur, sint fisci Regis vel alterius, neglectis aut prætermisiss dominis, tales enim leges regulæ fidei aduersari dicuntur, cum secundum fidei regulam proximum sicut nos ipsos diligere tenemur. Matth. 22. Notant Nauarr. in man. cap. 27. num. 118. Zetol. in praxi Episcop. de verbo naufragium, §. 1. in fine, Azor. institut. moral. part. 2. lib. 1. cap. 6. vers. præterea iniquæ.

S V M M A R I V M.

- 1 Prælati ex Principis delegatione possunt de raptu & aliis criminibus indicare, penam tamen sanguinis infligere non possunt.
- 2 Raptus etiam propriè dicitur in viris.
- 3 Prælati sicut & alij Ecclesiastici, viri possunt in causis laicorum, etiam criminalibus, ubi pœna sanguinis non infligitur, iudices delegari, quod intelligitur ibi.
- 4 Crimini pœnitio ad merum imperium pertinet.
- 5 Causa meri Imperij an sint delegabiles remissive.
- 6 Merum imperium quid sit, & quæ sub mero Imperio contineantur, remissive.

C A P. In Archiepiscopatu IV.

Alexand. III.

Episcopi ex delegatione Principis, possunt de raptu & aliis indicare, & punire in pecunia; vel fustibus, excepta tamen vindicta sanguinis; sed quando crimen meretur mortem; vel mutilationem; ad Principem remitti debet. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarell. Ioan. Andr. Anania, Hostiens. Butr. Auch. Panorm. Cafal. in annot. Mar. Socin. Viuian. in ration. lib. 5. iuris Pontif. pag. 138. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 681. remissive Ximen. in concord. p. 1. & 2. refertur ab Anton. August. collect. 2. Decretal. lib. 5. tit. 4. cap. 3. & est post Concil. Lateranen. part. 50. cap. 46.

Et pueros rapiunt.] Ergo non solum in foetibus, sed in viris etiam raptus propriè committitur, de quo, & an eadem in utroque casu pœna incurritur, vide Menoch. de arbit. casu 291. n. 11. Decian. tract. crimin. lib. 8. cap. 7. num. 27. Sanch. de matrim. lib. 7. disp. 12. n. 24. cum seqq. Farinac. in praxi crimin. part. 5. quest. 145. num. 41.

Ei eis abuti.] Scilicet contra naturam, ut interpretatur gloss. hic, de cuius delicti materia, & pœnis agunt Doctores citati ad cap. clerici 4. inf. de excessib. Prælat.

Tibi, & aliis Episcopis.] Ergo Prælati sicut & alij Ecclesiastici viri, possunt in causis laicorum etiam criminalibus, ubi pœna sanguinis non infligitur, iudices delegari, ut post gloss. hic notant Innocent. Hostiens. Anania, Anch. num. 1. Abb. 3. & Socin. 4. dicit singularem Aterin. conf. 58. col. 3. comprobant Calder. conf. 6. de officio deleg. Rip. in cap. 3. numero 47. de iudic. Cur. Pisan. lib. 2. cap. 21. numero 1. Farinac. part. 1. fragment. criminal. lit. C. num. 388. adducunt etiam text. in cap. sepe 23. quest. 8. & in cap. inter dilectos vers. secundo, ibi, ex delegatione Ludouici, de fide instrumen. Verum quia in contrarium obstant, cap. 12. quidem. vers. neque crim. 11. q. 1. cap. sed nec 4. in princip. ne clerici vel monachi, ubi huiusmodi seculares delegationes in specie videntur prohiberi, proindeque ipsas suscipientes grauiter peccare post Butr. in cap. 2. de iudic. concludunt ibi Abb. n. 8. & Iaf. in rub. ff. de officio eius n. 3. quare aliqui propterea sunt Dec. in d. c. 2. num. 7. & Abb. in d. cap. sed num. 5. intelligunt hunc text. agere de delegatione

ad vnam causam, procedeteque iuxta limitationem eorum, qui tenent dictam prohibitionem non obtinere locum respectu vnius causae, sed multarum: sicut enim in multis viget ratio prohibitionis, quod clerici à Diuinis abstrahantur, ita per contrarium in vna tantum cessare tenent Abb. d. num. 5. Clar. in pract. §. fin. quest. 42. num. 9. Couar. in Clem. si furiosus part. 2. §. ult. num. ult. in fine. Sed hic intellectus conuincitur ex text. in presenti, ibi. huiusmodi excessus, &c. Verius igitur dicendum puto delegationem in proposito licitam fuisse, quia facta fuit in fauorem, & commodum totius religionis Christianae, & Ecclesiarum vtilitatem ad puniendum videlicet, & tollendum opprobrium, quod eisdem ex criminibus à Sarracenis commissis fiebat, vt intelligunt Abb. hic num. 3. Anan. Socin. 4. idem Abb. in d. c. 2. num. 8. & ibi Rip. num. 47. Accedit quod text. in presenti, agit etiam de crimine Sodomitae; quod cum mixti fori sit, & Episcopus de illo iure propria iurisdictionis cognoscere possit, vt resoluunt plures citati à patre meo in commentar. ad Ordin. Regiam Lusitan. lib. 2. tit. 9. in princ. num. 4. nihil mirum si ex delegatione quoque cognoscere valeret, intendit Rip. d. num. 47. ad fin. vers. vel aliter.

- 5 Commiserunt puniendos, &c.] Cum punitio criminum ad metum imperium pertineat, iuxta text. in l. imperium in princ. ff. de iurisd. omnium iud. vbi Doctores.
- 6 videtur probare text. in presenti, causas meri imperij delegabiles esse; verum quia materia haec est ardua, & difficilis, longioreque indiget disputandi campo, qui eam ediscere cupit, eiusque veritatem investigare, consulat Ordinarios hic, & in cap. quod sedem, de officio Ordin. & in l. 1. ff. de officio eius. Mort. in emporio iuris. part. 1. tit. 2. quest. 17. m. 3. 2. Couar. lib. 3. var. c. 10. à princ. & in Clem. si furiosus part. 2. §. 5. num. 8. Marant. de ordine iudic. part. 4. dist. 5. num. 67. Soar. de Pace tom. 2. praelud. 3. num. 1. Menoch. de arbit. lib. 1. quest. 74. num. 43. cum seqq. & quest. 54. num. 7. cum seqq. Dan. Venator. in analysi methodica iuris Pontificij lib. 1. tit. 29. axiom. 3. D. Barbof. in l. cum prator §. 1. n. 517. ff. de iudic. & plures per Cened. ad Decretal. collect. 61. n. 5.
- 7 Quid autem sit metum imperium, & quae sub metro imperio contineantur, disputant scribentes in d. l. imperium, vbi Barr. num. 6. & 7. cum seqq. laf. à num. 16. Alex. 17. Gasp. Valasc. mon. 3. & 62. & nostri in d. cap. quod sedem, vbi Abb. num. 6. h. mol. 7. Alciat. 53. idem Alciat. lib. 2. paradox. cap. 7. Lorior de iurisdic. & imperio axiom. 2. 5. Quintanad. eod. tractat. lib. 1. tit. 8. & lib. 2. tit. 2. Cortal. lib. 3. miscel. c. 17. Duaren. in tit. de iurisdic. cap. 3. & seqq.
- 8 Futurarum erectio est actus iurisdictionalis de metro imperio. Mascard. de probation. concl. 946. num. 10. Auendan. de exequendis mand. par. 2. c. 21. num. 3. qui post Fabr. in §. reuocanda num. 23. Instit. de interd. dicit quod furca erecta ab extraneo iudice potest armata manu demoliri.
- 9 Merum enim & mixtum imperium nemo exercet in Regno absque expressa & speciali concessione, Afflict. in praelud. confir. quest. 6. num. 4. & decis. 122. Franc. decis. 116. num. 3. Tapf. ad l. fin. de constitut. Princip. p. 1. c. 2. num. 3.
- 10 An autem simpliciter iurisdictione concessa illud veniat? quæstio est dubia, in qua licet negatiuam partem tueantur Afflict. in confir. ca. quæ decus num. 13. & in c. 1. §. fin. num. 9. de pace tenenda, Tap. d. c. 2. sub num. 42. vers. sequor tamen, Intrigl. de feudis cent. 2. art. 80. num. 5. affirmatiuam magis communiter tenent DD. vt fatentur laf. in l. impedimentum ff. de iurisd. omn. iudic. & alij, quos refert Roland. conf. 42. sub n. 20. vol. 2. quam sequitur Eec. in d. l. imperium num. 20. vbi Purpur. num. 61. Abb. in cap. quod sedem, vbi Felin. col. fin.

& Alciat. num. 41. de officio Ordin. Bald. in d. l. fin. c. vbi laf. n. 9. Cou. pract. c. 1. n. 10. vers. primum, Peteg. à iure fisci lib. 1. tit. 2. num. 88.

SVMARIUM.

- 1 Incendiarium Ecclesie in morte penitens, & absque in cæmeterio sepeliendus est, & heredes compelli debent ad satisfaciendum iuxta facultates defuncti.
- 2 Heres tenetur & cogitur exonerare conscientiam defuncti.
- 3 Heres absque iusta causa per tempus notabile diffuso exequi defuncti voluntatem grauiter peccat.
- 4 Defunctus qui è viuis discedens sufficienter prouidit restitutionem, an ex hoc liberetur, etiam si eius heres negligat restituere, ostenditur.
- 5 Declaratur rex. in presenti.

CAP. In litteris. V.

Incendiarium Ecclesie si peniteat in morte, potest absolui, & in loco sacro sepeliri, & heredes debent restituere damna de bonis relictis. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Anania, Hostien. Anchar. Butr. Panorm. Mar. Socin. Cened. collect. 40. Viuian. in rationali lib. 5. iuris Pontificij pag. 138. Alagona in compendio iuris Canon. pag. 681. remissive Ximen. in concord. p. 1. & 2. refertur ab Anton. August. collect. 1. Decretal. lib. 5. tit. 14. c. 6. & collect. post Concil. Lateranen. p. 34 cap. 2.

Et heredes eius moneas, & compellas.] Notatur ad hoc, quod heres tenetur & cogitur exonerare conscientiam defuncti, & soluere eius debita, & damna ab eo illata resarcire, vt per Cened. ad Decretal. collect. 40. n. 4. Grauius enim peccat deferendo absque iusta causa per tempus notabile exequi defuncti voluntatem, idque tum aduersus eos, quibus bona defuncti sunt debita, contra quorum voluntatem iniuste ea bona detinentur, eo umque vsu priuantur, tum etiam aduersus defunctum ipsum quoad elemosynas, suffragia, & alia legata pia, eorum quippe executio licet defunctum merita non augeat, satisfactionem tamen pro peccatis eorum operatur, atque adeo in causa est, vt citius à Purgatorio penitus exuantur, diuinique fructus consortio, cum habeant suffragia vnde subleuantur; colliguntur hæc ex Petr. Nauar. de restit. lib. 3. 4. à nu. 167. & lib. 4. c. 4. n. 75. Fr. Emman. in summ. c. 131. num. 8. Iacob. de Grassis in aureis decis. lib. 1. cap. 16. num. 15. in fine Martin. Carrillo in explicat. Bullæ defunctorum part. 2. cap. 15. Molin. de iustis tractat. 2. dist. 251. num. 11.

A peccato valeant liberari.] Ergo defunctus à peccato non liberatur si eius heredes omittant, vel negligant restituere; communiter tamen resoluunt Doctores defunctum, qui restitutionem heredibus faciendam reliquit, interim quod heredes non restitunt, non detineri hoc hanc causam in Purgatorio: qui enim è viuis discedens sufficienter prouidit restitutionem, præcipiendo heredibus vt ea restituant & soluant, etiam si heredes omittant aut negligant restituere, liberabitur à Purgatorio, nec amplius ibi detinebitur, quam exigunt pœnæ debita pro aliis culpis, & negligentia sua in non restituendo. E contra verò si negligenter omisit restituere, hoc est, non prouidit vt heredes restituerent cum haberet vnde solueret, etiam si heredes restituant pro illo peccato & ommissione restitutionis faciendæ à penis inferni non liberabitur. Colligunt hæc ex Sor. de iustis lib. 4. quest. 5. art. 1. ad. 1. in fine, Nauar. in manu. cap. 17. num. 68. vers. quæsumus. Fr.

Fr. Ludou. in instructorio conscientie part. 1. cap. 121. vers. an defunctus pag. 267. Petr. Navarr. de rescript. lib. 1. cap. 2. n. 2. 3. & lib. 4. c. 4. dub. 12. num. 75. Ludou. Carbo de rescript. q. 90. vers. tertium dubitatio. Ioan. Baptista Conrad. de casibus conscientie quest. 160. Mich. Salon. in 2. 2. q. 5. de domino art. 5. in princip. & quest. 62. art. 1. in fine. Greg. de Valent. in 2. 2. disput. 5. quest. 6. puncto 2. Dim. Serpi in tract. de Purgatorio 447. Vega in sum. part. 2. c. 11. 4. casu 8. vers. qual. Card. Bellarm. tom. 1. contr. 6. lib. 2. de purgatorio cap. 16. ad fin. Henriq. in sum. lib. 1. de penitent. c. 6. §. 1. in commento lit. A. Spin. in speculo testamen. gloss. 28. princip. n. 7. & 8. Iacob. de Graffis in moreis decis. part. 1. lib. 1. cap. 26. num. 15. Sayr. in claus. Regia lib. 10. tract. 1. cap. 2. num. 6. Martin. Carillo d. part. 2. cap. 14. num. fin.

Qua quidem opinione retenta restat non responderet text. in presenti, quatenus ei obstat videtur: Nauar. enim in man. cap. 17. num. 68. asserit eius litteram mendosam esse, cum legendum sit valeant, & non valet, quasi ipsi heredes sint, qui restituendo & satisfaciendo pro defuncto à peccato liberentur, non verò ipse defunctus: additque Vivald. in candelabro aureo part. 1. tit. de Purgatorio n. 17. quod si text. de defuncto esset intelligendus, potius loqueretur in generali, scilicet à peccatis valeat liberari, quam in particulari à peccato: deinde aduertit quod esset impropria locutio text. dicere ut defunctus valeat à peccato liberari, cum iam per Sacramentum, aut per contritionem fuerit à peccatis liber, & tantum remaneat poenitentia luenda obnoxius, quemadmodum improprie diceretur de aliquo, qui ultimo supplicio erat puniendus, & Rex illi pepercit, si esset incarcerationis propter expensas factas, parentes soluant expensas ut ille valeat à morte liberari, & ideo licet hanc solutionem diuinatoriam appellet Petr. Nau. d. cap. 4. num. 75. ei tamen se subscribunt Ludou. Lopez, Ludou. Carlo, Spino, Cartillo cap. 14. Sayr. num. 6. in fine, dictis locis: vide plura quae tradidi ad reg. peccatum, de regulis iuris lib. 6.

SVM MARIVM.

- 1 Raptus non dicitur ubi volens pro matrimonio adducitur, raptor tamen cum rapta matrimonium contrahere potest, & post consummationem matrimonij, alter sine consensu alterius Religionem ingredi non potest.
- 2 Raptor non dicitur, ac proinde puniri non debet, qui mulierem rapuit à principio consentientem, ac cum raptore tractante de infimul contrahendo matrimonium.
- 3 Raptor an dicatur attentio Conc. Trid. qui rapit consentientem nescientibus parentibus.
- 4 Sponsam rapere licet, & Conc. Trid. non comprehendit raptum, quo sponsus rapuit propriam sponsam.
- 5 Vxor professa absque viri licentia ei restituenda est, si ipsa fateatur ante ingressum fuisse consummatum matrimonium.
- 6 Confessio sola professa in assertione matrimonij spiritualis religionis aduersus religionem, nihil operatur.

CAP. Cum causam. VI.

Innoc. III.

Raptus non est quando mulier consentit, & si fiat matrimonium tenet, & si consummetur, non potest ingredi Religionem, vel continentiam profiteri sine consensu viri, & potest probari matrimonium fuisse,

vel ex probationibus viri, vel ex confessione mulieris. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabarell. Ioann. Andr. Anania, Hostiens. Ancl. Butr. Panorm. Mar. Socin. Vinian. in rationali lib. 5. iuris Pontif. pag. 139. Alagona in compendio iuris Canon. pag. 681. remissive Ximen. p. 1. & 2. refertur ab Anton. August. collect. 1. Decretal. lib. 5. tit. 7. cap. 4. & est post Concil. Lateranen. sub Alexand. III. part. 50. cap. 29.

Vbi nihil ante de nuptiis agitur. Notatur ad hoc, quod raptor non dicitur, ac per consequens puniri non debet, qui mulierem rapuit illa à principio consentiente, ac cum raptore tractante de infimul contrahendo matrimonio; de quo vide Ludou. Peguer. crimin. decis. 42. num. 5. vers. neque enim obstat text. Decian. in tract. crimin. lib. 7. cap. 7. numero 20. & cap. 13. numero 46. & seq. Farin. in praxi crimin. part. 5. q. 145. num. 134. & seq. Ioseph. Sesse Aragona decis. 96. num. 29. vbi n. 12. & 22. resoluit de iure Canonico raptum non committi, vbi praecessit tractatus matrimonij, licet aliter de iure Civili, de quo etiam Sanch. de matrim. lib. 7. disp. 12. num. 15. Attento verò iure nouissimo Concilij Trid. sess. 14. de reform. matrim. cap. 6. quo habetur inter raptorem, & raptam quandiu ipsa in potestate raptoris manserit, nullum posse consistere matrimonium, nisi rapta à raptore separata, & in loco tuto, & libero constituta illum in virum habere consenserit &c., dubitatur an raptor dicatur qui mulierem rapit consentientem in terminis huius textus? in quo dubio mihi dicendum videtur hunc non dici raptorem, quando enim nulla vis inferatur in abducenda femina, sed femina ipsa sponte aut etiam precibus non adeo importunis discedit cum amatore nescientibus non est proprie raptus, sed potius fuga voluntaria cum nulli vis inferatur, ut tenet Sanch. de matrim. lib. 7. disp. 13. num. 9. Gutier. eod. tract. cap. 86. num. 12. Bonacin. eodemmet tract. q. 4. puncto 18. numero 5. Dixi, nescientibus parentibus, quia quando puella sub parentum custodia constituta ex eorum domo ipsis iniuitis adducitur, quamuis ipse consentiat, illis tamen vis fieri dicitur, ac per consequens in hoc casu dari verum raptum, & in eo procedere dispositionem Concilij Trid. citato loco resoluunt Zerola in prax. Episcop. p. 2. verbo raptus, §. 1. Fr. Emman. in sum. tom. 1. cap. 232. numero 1. Petr. de Ledefin. in sum. part. 1. de sacram. matrimon. cap. 16. concl. 2. dub. 1. Card. Tule. tom. 6. verbo raptor conclus. 5. numero 4. Henriq. in sum. lib. 12. cap. 14. num. 4. Rebello de obligat. iustitiae part. 2. lib. 3. quest. 11. num. 6. Farin. d. quest. 145. num. 121. & seq. Gutier. d. c. 86. num. 17. Bonacin. d. puncto 18. num. 5. Quamuis contrarium, immo dispositionem Concilij dicto loco non procedere cum puella sponte consentit repugnantibus parentibus teneant Sanch. d. lib. 7. disp. 13. n. 13. Lessi. de iustit. lib. 4. cap. 3. dub. 9. num. 70. Valer. Reginald. in praxi fori poenit. lib. 22. num. 31. & lib. 31. num. 165. vers. quinto, & Aegid. Coninx de Sacram. & censur. tom. 2. disp. 31. num. 48.

Et prius eam desponsauerit. Ergo licet sponsam rapere, ut per Baiard. ad Clar. §. raptus num. 6. Petr. Caball. resolut. criminal. casu 196. num. 8. Sanch. d. lib. 7. disp. 12. num. 15. Farin. d. quest. 145. num. 88. Ac proinde decretum Concil. Trid. loco citato non comprehendere raptum, quo sponsus rapit propriam sponsam, tenent Fr. Emman. d. cap. 232. num. 4. Henriq. d. cap. 14. num. 4. Sanch. d. num. 15. Rebell. d. quest. 12. num. 5. Lessi. d. num. 70. vers. tertium, Farin. d. quest. 145. n. 86. vers. 87. Marc. Anton. Genuen. in practica. ecclesiast. quest. 6. n. 91. Bonacin. d. puncto 18. num. 11. Ioseph. Sesse d. decis. 36. num. 4.

Vel ex mulieris confessione claruerit. Collige ex text. L 4 vxorem

uxorem professam absque viri licentia ei restituendam fore, si ipsa fateatur ante ingressum fuisse consummatum matrimonium, ut per Sanch. de matrim. lib. 10. disp. 12. num. 50. ubi cum Abb. hic num. 6. & in cap. veniens. num. 2. de convers. coniug. hoc intelligit quando vxor professi continens in iudicio prauam matrimonij consummationem, vel praeceps adulterium te vera stat pro ipsa professione, & superiore conueniente eam confessionem fecit, tunc enim non est verisimile eam contra se mentiri, ac subinde confessio sibi praeiudicat, & monasterio. Nam in assertionem matrimonij spiritualis religionis sola confessio professi aduersus professionem nihil operatur, cap. vidua, de regular. cap. quod interrogasti 27. dist. Mascard, de probat. concl. 102. 6. n. 8. Nau. conf. 1. n. 4. sub tit. de adulter. quos refert Franc. Molin. de ritu nups. lib. 1. comp. 15. n. 43.

S Y M M A R I U M.

1. Rapta potest matrimonium contrahere cum raptore, ubi datur libera facultas in contrahendo.
2. Matrimonium inter raptorem & raptam validum est, si clare appareat de libera mulieris voluntate.
3. Raptor cum rapta contrahere non poterat secundum antiquos Canones.

CAP. Accedens. VII. & fin.

Innocent. III.

1. Rapta cum raptore potest contrahere si ambo consentiant, licet prius dissenserint, dummodo sint legitima persona. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zab. Ioan. Andr. Anania, Hostien. Anchar. Butr. Panorm. Mar. Socin. Cened. collect. 92. Viuian. in rationali lib. 5. iuris Pontif. pag. 140. Alagona in compend. iuris Canon pag. 82. remissive Ximen. in concord. p. 1. & 2. refertur ab Anton. August. collect. 3. Decretal. lib. 5. tit. 3. cap. vnic.
2. Collige ex text. validum esse matrimonium inter raptorem & raptam, modò appareat clare de libera mulieris voluntate qua hodie attendit nouissima Concilij Trident. dispositione sess. 24. de reform. matrim. c. 6. clare apparebit si rapta extra raptoris potestatem abducta, ac loco tuto & libero constituta liberè in matrimonium consentiat: vide Decian. tract. crimin. lib. 8. c. 13. n. 48. Fr. Emman. in summ. tom. 1. c. 232. n. 4. Martien. in rub. tit. 1. gl. 1. n. 142. lib. 5. nona recop. Henric. in summ. lib. 12. c. 14. n. 4. Sanch. de matrim. lib. 7. disp. 12. n. 42. Lessi. de instit. lib. 4. c. 6. dub. 9. n. 68. cum seqq. resolucentes attento hoc cap. non desiderati ut puella extra raptoris potestatem constituta, ac in pristina libertate posita consensus præbeat, sed satis esse ut valeat matrimonium si rapta adhuc sub raptoris potestate existens verè liberè consentiat.
3. In gloss. Cum raptore, ibi secundum antiquos Canones, & secundum leges non poterat raptor contrahere cum rapta. Vide Sanch. d. lib. 7. disp. 12. n. 41. Fr. Basil. Ponc. de impedimentis matrim. c. 39. vers. dixi quidem.



De Furtis.

TIT. XVIII.

SUPER hanc rub. scripserunt Zab. Anch. Butr. Ioan. Andr. Mar. Socin. Panorm. Guillel. Durand. in breuiario aureo iuris Canon fol. 142. verso Petr. de Rauenn. in compendio iur. Canon. Martin. Mehnart. in

epitome Decretal. fol. 186. Dan. Venat. in analysi methodica iur. Pontificij pag. 659. Goffred. & Host. in summ. huius tit. Al. x. Callan. Anast. Geronim. in paratit. C. ad quinque libros Decretal. Lancel. in institut. Canon. Barthol. Carthag. in exposit. titulum iuris Canon. Lypet. analytica postremi iuris ecclesiastici enarrat. pag. 198. Causil. in summ. iuris Canon. Cafarel. in erotem. enclitica iuris, nouissime Ioan. Honor. lib. 5. sum. in Decret. conu. sub hoc tit.

De materia huius text. tractatus edidere Ioannes Bonifac. & Prop. Farinac. & agunt Ordin. Regia. Lancel. lib. 5. tit. 60. ubi parens meus, & apud Castellanos l. 1. tit. 14. part. 7. ubi Greg. & tit. 16. lib. 8. Ordin. ubi Perez, & tit. 11. lib. 8. nona recop. ubi Azueud. S. Thom. 2. quest. 66. & Caiet. ibi. Sor. de instig. lib. 5. quest. 3. Angel. Syluest. Rosel. Armil. Tabien. & alij Summiste verbo furtum, Couar. in reg. peccatum part. 2. § 1. Bernard. & Salzed. in pract. c. 93. in moniss. edit. Redim. in promptuario receptarum sentent. tom. 1. tit. 55. de furto, Vela de delictis cap. 12. Boss. eod. tract. tit. de furto, Viu. Kirchou. & Soar. tom. 2. commun. opin. lib. 6. tit. 2. Menoch. de arbit. casu 295. cum seqq. Mascard. de probat. concl. 822. cum seqq. Sayr. in clau. Regia lib. 9. cap. 1. Alouf. Riccius in collectan. decis. part. 2. collect. 282. cum seqq. Decian. tract. crimin. lib. 9. cap. 29. cum seqq. Viu. in praxi crimin. part. 7. quest. 165. cum seqq. § 1. Azor. instit. moral. part. 3. lib. 5. cap. 11. cum seqq. Molin. de instig. tom. 3. tract. 3. disp. 680. cum seqq. Lessi. eod. tract. lib. 2. cap. 12. Rebell. de obligat. iustitia part. lib. 3. quest. 15. Valer. Reginald. in praxi fori penitent. lib. 23. à princip. De furtorum penis agit Henric. Boerius, & de furtis, seu re furtiua penes tertium repetit Vincent. Caroce.

CAP. Qui cum furatur. I. ex Exod.

Qui furatur hominem, & vendiderit, conuictus morte moriatur. Hæc sunt formalia verba huius text. super quo scripserunt Abb. antiq. Innocent. Collect. Zab. Ioan. Andr. Anania, Hostien. Anchar. Butr. Panorm. Mar. Socin. Viuian. in rationali lib. 5. Pontif. pag. 240. Alagona in compendio iuris Canon. pag. 82. remissive Ximen. in concord. p. 1. & 2. refertur ab Anton. August. collect. 1. Decretal. lib. 5. tit. 26. c. 1.

De pena furantis hominem, & cum vendendis vide l. 1. ubi glossa tit. 14. lib. 3. for. legum. Christoph. de Paz in scholiis ad leges styl. 80. per text. ibi n. 12.

S Y M M A R I U M.

2. Furibus & latronibus in peccato deumibus Sacramenta ecclesiastica deneganda sunt, secus si in mari eos panitus.
2. Occisus in fragranti aliquo delicto in publico oblatatus censetur, ac per consequens pro eo non est orandum.
3. Damnatis ad mortem non est denegandum sanctissimum Eucharistie Sacramentum.
4. Sententia corporis afflictiva non est mandanda excoconi eo die, quo condemnatus ad mortem, sumptis sumptissimum Eucharistie sacramentum.
5. Declaratur text. in presenti.

CAP. Fures. II. Ex Conc. Tibur.

FVRES, & latrones, si in peccato occiduntur, non est pro eis orandum, sed si vulnerati confitentur suo Presbytero, vel Decano, illis non denegatur communio. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zab.